



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

cxxiii [i.e. xiii]. Supernatur aliter id potest.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

qualitatem, quam intendebat producere, retineat virtutem ulterius continuandi actionem.

XIII. Nihilominus potest agens creatum divinitus agere in passum distans quantumcunque, etiam extra sphaeram activitatis, nihil agendo in medio aut transmittendo per illud, non quod agens producat hic v. g. in spatio A actionem, illamque dein sine transito medio, transferat ad spatium D, sed quod non producat illam, ubi ipsum entitative est, sed ubi ipsum entitative non est: in quo casu Deus non suppleret virtutem intrinsecam agentis, sed conditionem determinatam solummodo agens ad agendum, Deumque ad praebendum concursus, & physicè in effectum non influentem, praebereque concursus suum, quem agens in his circumstantiis exigere nequibat. Ad hoc itaque, ut agens existens hic v. g. in spatio A, operetur, opus non est, ut effectus quoque & passum existat hic in spatio A; vel etiam ad hoc, ut agens operetur in spatio B, opus non est, ut agens existat in spatio B, sed satis est, ut ab agente existente hic v. g. in spatio A, profluat  
actio

actio non hic, sed in spatio B, ubi est passum, cum quo unitur actio, veluti cum suo subiecto inhaesionis, à quo separata educi nequit, etsi ex eo ab agente distante educi possit; sicquè adhuc in quocunquè loco causa agit effectum, ibi existit formaliter agens effectum, id est, existit actio, perquam formaliter denominatur agens effectum, etsi in eodem loco entitas causæ non existat. Nec obstat, quòd agens non possit agere in tempore, in quo non existit, quia quod non est in hoc tempore, absolutè non est, adeoque caret fundamento actionis, quod est existentia; quod verò in hoc loco non est, non absolutè non est, adeoque retinet fundamentum actionis. Nequè obstat, quòd potentia v. g. visiva non possit versari extra suam sphaeram seu objectum adæquatum, quod est lux & color; id enim accidit ex defectu virtutis intrinsecæ, & quia ad versandum extra suum objectum, ne quidem habet virtutem inchoatam.

XIV. Ut agens agat, necessarium non est, ut distinguatur à passio tanquam suppositum à supposito, vel tanquam pars à parte; dum enim anima vel Angelus producit suas intellectio-